

possedi, et ceteris pertinenciis infra sepes vel extra, prope vel remote, nullo penitus excepto, perpetuo possidendas, loco quarum ab ipso domino Laurencio recepi septem solidos terre cum dimidio in villa Ængiaby, parochia Datmarkom, et decem et octo vlnas boni panni kortrist recognosco me integraliter subleuasse, quas quidem duas oras terre cum omnibus attinenciis vt supra possidendi, alienandi, vendendi et modo, quo voluerit, ordiandi eidem liberam tribuens facultatem, promittens me heredesque meos nunquam contra ordinacionem premissam veniendi(!), et si contingat, quod absit, prefatas duas oras terre ab eodem calumpniari vel euinci, promitto me omnia ab eo leuata et habita racione huiusmodi concambii restituere infra mensem a euiccione numerandum, ad hoc me, bona mea heredumque meorum, mobilia et immobilia, presencia et futura, obligando. Testes vero sibi per me concessi et iuxta leges patrie nominati fuerunt infrascripti in testimonium premissorum: dominus Johannes in Vængiom, Jacobus Niclisson, Laurencius Gunnarsson, Thomas exactor siluester, Fasbernus, Frøstanus in Akirby, Johannes in Stryo, Lipstanus, Ericus in Rødomusa, Ericus in Vangastom, Niclis in Faxsta, alter Nicolaus ibidem, Botulphus in Ladoby, Olaus Biornson, Siguidus in Berby, Siggo in Bertøgom, Laurencius et Mathias in Alsta, Bero in Bærastom, Bero in Ængiaby, Ericus ibidem, Suno et Ericus in Gismustom, et quia sigillo proprio vti non consueui, sigilla discretorum virorum domini Johannis de Vængiom, Laurencii Gunnarson et Thome exactoris predictorum ad petitionem meam presentibus sunt appensa. Datum anno Domini m^occc^o quatragesimo nono in profesto beatorum Dyonisii sociorumque eius martirum.

På baksidan: littera Olai de Helliby super duabus oris ibidem parochia trinitatis.

Sigillen: n. 1 fragment (andligt); n. 2 (sparre på snedbjelke): s' LA . . II GVN . . (Sv. Sig. fr. Medelt. I, 3, 679); n. 3 (otydligt): s' TOME LAURENCII.

4494.

1349 Okt. 11.

Nanne Abjörnsson öfverlåter med sin hustru Gunnær Gustafsdotters samtycke till Toke Petersson sin norra egolott (oppidum) i Söstorp (Sjöstorp) mot 20 markers jord i hans fädernegård Hensryth.

Orig. på perg. i Sv. Riksark.

Omnibus presens scriptum cernentibus Nanno Abyornson in Domino salutem sempiternam. Nouerint vniuersi me discreto viro et honesto, Tokoni Peterson oppidum meum borealem in Søstorp cum omnibus attinenciis, videlicet agris, pratis, siluis, pascuis, palludibus ac aquis pischosis seu fluminibus, intra sepes et extra, prope et remote, pro terra viginti marcharum in patrimonio suo in Hensryth a me et meis heredibus sibi et suis heredibus cum beneplacito predilecte vxoris mee Gunnær Gøstafsdotær presentibus dimisisse. In cuius rei testimonium sigilla nobilium virorum, scilicet Kanuti Gøstafson et Nicholai Abyorson, vna cum sigillo meo presentibus sunt appensa. Datum anno Domini m^occc^oxlix dominica proxima post festum sancti Dyonisii et sociorum eiusdem.

På baksidan: Super Søstorp.

Sigillen: n. 1 skadadt (sparre, skölden omgifven af bågornament): s . . . LLV A . . . ; n. 2 borta; n. 3 skadadt, (sparre): . NANNONIS AB . . .